



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum oculus Christi post mortem fuerit oculus æquinoce.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

III QVODLIBET. III. ART. III. V

ci distinctione. Primo enim considerandum est, quod infinitum potest dici & secundum formam, & secundum materiam. Deinde infinitum ex eo quod non finitur. Finitur autem, & materia per formam, in quantum materia que est in potentia ad diuersas species, determinatur ad unam speciem formam, & forma per materiam, in quantum forma speciei quae nata est esse in pluribus. Individus, secundum quod recipitur in haec materia determinatur ad individuum. Sicut ergo materialis forma habet rationem infiniti, ita & forma sine materia, & idea quia ipsa essentia divina non est recepta aliquo materiali, nec habet permanentem aliquius potentiam sed est purus actus subsistens, ideo dicitur infinitum, & quia unumquodque cognoscit per formam, & secundum quod est in actu, ideo infinitum secundum materiam est secundum seipsum, ut dicitur in 3 physi. Infinitum autem secundum formam est secundum se non infinitum, sed quod ad nos est signatum, quia excedit nostrum intellectum proportionem. Et quia quantitas est dispositio materie, & infinitum quantitatis attenditur secundum potentiam in assumendo unum post alterum, & id infinitum quantitatis est secundum se ignotum, & non potest aliquis intellectus cognoscere infinitum quantitatis in post assumendo unum post alterum si numerando partem post partem. Item considerandum est, quod veroque modo contingit aliquid esse infinitum, simpliciter, & aliquid secundum quid. Si enim aliquod corpus sit infinitum secundum longitudinem non autem secundum latitudinem est infinitum secundum quid. Si vero fuerit infinitum secundum omnes divisiones, erit infinitum simpliciter. Similiter si intelligatur forma alicuius speciei esse non in materia, ut platonici posuerint erit infinitum secundum quid, quantum ad individua illius speciei, tamen erit finita, in quantum si determinatur ad genus & speciem: sed divisa est in similitudine infinita, quia est absoluta ab omni circumscriptione generis, vel speciei. Item considerandum est, quod duplex est scientia. Vnde dicitur scientia visionis, per quam cognoscuntur ea quae sunt, erunt, vel fuerunt. Alia simplicis notitia, per quam cognoscuntur ea quae nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, sed esse possunt.

Dicendum est ergo, quod Deus cognoscendo suam essentiam, quia comprehendit eam, cognoscit scientiam simplicis notitiae d infinita simpliciter, quia cognoscit omnia que ipse facere potest, non tamen cognoscit ea in post assumendo, si numerando unum post aliud, sed omnia simul. Anima vero Christi non comprehendit essentiam Dei, & per consequens neque virtutem eius: vnde non potest cognoscere omnia que Deus facere potest, & id non cognoscit infinita simpliciter: comprehendit autem anima Christi totam potentiam creaturæ. In potentia autem creaturæ sunt infinita non simpliciter, quia potentia creaturæ non se extendit ad omnia quae Deus potest, sed secundum aliquid genus, sicut continuum est in potentia ad infinitas divisiones, vnde anima Christi scientia simplicis notitiae cognoscit infinita secundum quid, quae sunt in potentia creaturæ.

Et per hoc patet ratio ad obiecta. Nam primæ duas rationes procedunt de cognitione inferiori simpliciter.

Ao iii. dicendum, quod voluntas aie Christi est virtus finita simpliciter, sicut & intellectus eius: merum autem Christi habet infinitatem ex dignitate inquantum est meritum Dei, & hominis.

ARTICULUS IIII.
Vtrum oculus Christi post mortem fuerit oculus equinoctialis?

Ad secundum sic proceditur. Videatur quod visio oculi. Corpus n. Christi, & qualibet particula eius substantificatur per hypostasim Dei verbi: sed hypothesis verbi Dei manifesta in corpore Christi, & particulis eius post mortem, ergo fuit idem secundum substantiam corpus Christi post mortem, & ante secundum forum, & secundum omnes partes eius, non ergo oculus Christi sua equinoctiale oculus post mortem.

Go. Pret. Philosophi loqui non noverunt nisi de homine puro: sed Christus non fuit purus homo, sed homo & Deus, ergo quod philosophus dicit, oculus hominis in oritur esse equinoctiale oculus, non habet locum in Christo.

Sed contra. Christus est viuus oculus homini cum aliis hominibus, & mors eius fuit vera, sicut & aliorum hominum mors. Cum ergo oculus cumilibet hominis mortui equinoctiale oculus dicatur, videtur quod etiam oculus Christi post mortem sit equinoctiale oculus.

Respon. Dicendum quod equinoctiale & vivum dicitur secundum diffinitionem rationem eandem, vel non eandem: ratio autem diffinitionis cuiuslibet speciei sumitur a forma specifica ipsius. Forma autem specifica hominis est anima rationalis, vnde remota anima rationali non potest remanere homo viuus, sed equinoctiale tantum. Operat autem idem accipere in partibus quod est in toto, nam sicut anima se habet ad totum corpus, ita pars animae se habet ad partem corporis, ut videtur ad oculum, ut dicitur in secunde de anima: inde separata anima a corpore, sicut non dicitur homo nisi equinoctiale, ita nec dicitur oculus nisi equinoctiale, & hoc indifferenter sicut presupponatur alia forma substantialis in corpore ante animam rationalem, ut quidam volunt, siue non, ut magis videatur consonum veritati. Quodcumque enim essentia alium principiorum subtrahatur, iam non remanebit eadem ratio speciei, vnde nec nomen vivum dicet. Solo autem hoc modo anima recedente remanet corpus humanum & partes eius secundum rationem speciei, si anima non vivitur corpori in forma, sed tunc sequeretur quod nec per vivum anima esset substantialis generatio, nec per separationem corruptio, quod quidem ponere in corpore Christi est hereticum. Dicit n. Damascenus in 3. lib. Quod corruptionis non duo significat. Significat n. humanas has passiones, famem, siti, laborem, clauorum perforationem, mortem, & separationem animae a corpore, & quocunque talia. Significat etiam corruptio per tritacum corporis in ea, ex quibus compositum est, clemencia destructionem & dissolutionem, huiusmodi ex predictione prophetarum. Non dabis sanctum tuum vide dyabolum, id est destructionem. Incorruptibile autem secundum inspicientem Julianum, & Galanum corpus Domini dicere secundum primum corruptionis significatum ante resurrectionem, impium est. Si n. incorruptibile non omissemus, coniubstantiale nobis, & non veritate facta sunt, quae facta esse Euangelium ait, opinione, & non ueritate salutis sumus. Sic ut ergo Christus in triduo mortis propter separationem animae a corpore, quae est vera corruptio, non dicitur fuisse homo viuus, sed homo mortuus: ita nec oculus eius in triduo mortis fuit viuus oculus, sed equinoctiale, sicut oculus mortuus, & eadem ratio

de aliis partibus corporis Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod substantia dicitur duplicititer. Quodque n. sumitur pro hypothesis, & sic verum est quod corpus Christi substantiatum maneat per hypothesis Dei verbi. Non n. per mortem soluta est via verbi neque ad animam, neque ad corpus, & sic remanet simpliciter idem corpus numero secundum hypothesis, sive suppositum, quod est persona verbi. Alio modo, accipitur substantia pro efficientia, vel natura, & sic corpus Christi substantiatum per animam sicut per suam formam, non autem per verbum, qui verbū non vnitur corpori ut forma: hoc n. est hereticum, secundum heresim Arii & Apollinaris, qui posuerunt verbum esse in Christo loco anima. Sequeretur etiam quod est uero Dei & hominis facta in natura, quod pertinet ad heresim Euticis. Sic ergo corpus Christi post mortem est simpliciter idem secundum substantiam, quae est hypothesis, non autem secundum substantiam quae est efficientia, vel natura. Vniuersatio autem & aquiuocatio non respicit suppositionem, sed efficientiam, vel naturam, quam significat definitio.

AAD SECUNDVM dicendum, quod Christus non sit purus homo, est in verus homo, & mors eius fuit vera mors: vnde quicquid est verum de hominibus inquantum est homo, & de morte hominis, totum est verum de Christo, & de morte eius.

ARTICULUS V.

Vtrum Christus post resurrectionem vere comedet, cibum sibi incorporando.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod Christus post resurrectionem vere comedet, cibum sibi incorporando, quia vt August. dicit in lib. 83. questionum. Si fallit, veritas non est: unde nulla fictio decet Christum, qui est veritas: est enim fictio, si non vere sibi cibum incorporaret, quem ipse comedere uidebatur. Uero ergo comedit incorporando sibi cibum.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit, quod Christus, & si gustat cibum post resurrectionem, sed non lege natura, sed dispensationis modo, vel ritatem credere facies resurrectionem, & quod hoc eadem caro est, qua passa est, & resurrexit.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur esse verum duplicititer. Vno modo, ueritate significationis. Alio modo, ueritate naturalis speciei, sicut vox est uera ueritate significationis, quando significat esse quod est. Veritas autem naturalis speciei dependet ex principiis speciei, non autem ex effectibus, uel ex his quae quoque modo consequuntur: unde vox de uera ueritate naturalis speciei, quando format debitis instrumentis, & ex ore animali profertur cum quadam imaginatione, etiam si a nullo audiatur: quod est effectus consequens uocem. Legitur autem in scripturis absque necessitate & angelii comedisse, & Christus post resurrectionem, & utraque comedet uero ut Aug. dicit 13. de ciuitate Dei, alter tamen & aliter: In angelis enim fuit uera ueritate significationis, gaut August. dicit ibidem, angelii comedentes non quia indigebant, sed quia uolebant & poterant, ut hominibus quadam sui ministerii humanitatem congruerent. In Christo autem fuit uera ueratio ueritate naturalis speciei, fuit enim exercita naturalibus instrumentis ad hunc actum ordinatis: & etiam fuit uera ueritate significationis, quia significabat ueritatem humanae naturae in corpore resurgente. Quod autem cibus conuertatur in corpus, est quoddam con-

sequens comeditionem. Vnde etiam in nobis si cibus non conuertatur, sed statim per uomitum eijscas, nihilominus uera fuit comedatio quod praefecit. Non autem conueniebat, ut in corpus Christi cibus conuertetur, quod iam erat extra statum generationis & corruptionis, vnde cibile fuit virtute Christi reuolutus in precedentem materiam, non autem in Christi corpus conuersus: & tamen fuit vera comelatio absque aliqua fictione.

Vnde patet responsio ad obiecta.

Q. V. AEST. 10. 111.

DEINDE quæstum est de angelis. Et circa hoc

questa sunt tria.

1. p. q. 51. 8. 3
ad 5. 2. dif. 6.
ar. 4. ad 2.

I Primo, Vtrum aliquo modo angelus sit causa animæ rationalis.

II Secundo, Vtrum angelus influat in animam humanam.

III Tertio, Vtrum angelus malus, id est, diabolus, inhabitet substantialiter hominem in quolibet peccato mortali.

ARTICULUS VI.

Vtrum angelus sit aliquo modo causa animæ rationalis.

AND PRIMVM sic proceditur. Videtur quod angelus

1. p. q. 90. 2r.
3. o. & q. 64.
ar. 3. o. & p. o.
q. 3. 21. 1. 4.
&c. 21.

est causa animæ rationalis. Quæcumque n. qualificantur in natura, ita tamen quod unum eorum est prius altero in ordine naturæ, id quod est prius est causa eius quod est posterius: sed anima & angelus qualificantur in natura, sunt enim homo & angelus in natura pares, officio disparces, angelus tamen prius est in ordine naturæ quam anima humana, quia est simplicior. ergo angelus est causa animæ rationalis.

SED CONTRA. Animæ rationalis educitur in esse per creationem: sed creare, cum sit potentia infinitæ, est solius Dei. non ergo angelus potest esse causa animæ rationalis.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est, id quod per creationem producitur, ab alio causari quam a prima omnium causa, cuius ratio est secundum platonicos: quia quanto aliqua causa est superior, tanto eius causalitas ad plura se extendit. Vnde oportet ut in effectibus id quod ad plura se habet, ad superiorum causam referatur. Manifestum est autem quod in ordine principiorum essentialium quanto aliqua forma est posterior, tanto est magis contraria & ad pauciora se extendit. Quanto autem forma est prior & propinquior subiecto primo, tanto oportet quod ad plura se extendat. Sequitur ergo quod formæ posteriores sunt ab inferioribus agentibus, priores vero & communiores a superiorib. Et sic relinquitur, quod id quod est primum substantiens in unoquoque, sit a prima omniu[m] causa. Quilibet ergo alia causa præter primam, oportet quod agat presupposito subiecto quod est effectus causæ priore. Nulla ergo causa alia potest creare, nisi prima causa quae est Deus. Nam creare est producere aliquid non presupposito subiecto. Quæcumque ergo non possunt produci in esse nisi per creationem, a solo Deo creantur. Hæc autem sunt illa quae cum sint substantia, vel non sunt cōposita ex materia & forma, sed sunt formæ in suo esse substantiae, sicut sunt angelii: vel sunt ea quae si sint cōposita ex materia & forma, si materia corū non est in potentia, nisi ad unam formam, sicut est in corporib. celestib. Vtrags. n. hæc producuntur absque productione primi subiecti in eis: p[ro]pterea autem producuntur in actu absque productione primi subiecti cōposita ex materia,

& for-